

Articuli hujus Systemate nihil quicquam desiderarunt.

11. Quin imò ex scriptoribus Pontificijs VVilhelmus Lindanus (Dialog. 2. Dubitantij) discretè fatetur, Origenicum illum errorem, ut & reliqua dogmata, nostra tempestate postliminiò in theatrum revocari ab ijs, qui damnatos tandem omnes salvandos esse docent: Quo in numero sit Anabaptista ille Den Kius, cujus meminit Seb. Fr.

12. Constat ergò Prototypo sua integritas & veritas, nihil obstantibus Fabritianis cavillationibus: quæ etiam usitatis partibus duabus absolvitur, quarum prior *Ἰερωνή*, nostrarum Ecclesiarum Confessionem, de quatuor illis, uti vocant, mundi novissimis exponit: Posterior *ἀντι Ἰερωνή* est, stricta partim in Anabaptistas, partim Chilias-  
tas &c.

---

PARS ARTICULI I.  
ΘΕΤΙΚΗ.

13. ΘΕΤΙΧ Articulij hujus XVII, sic informant Confessores nostri: Docent (Ecclesie scilicet nostre) quod Christus apparebit in consummatione mundi ad judicandum, & mortuos omnes resuscitabit, pijs & electis la-

R r 3

bic